servis) cantat orationem seu
orationes currentes, sedet in
Faldistorio, accepitisque mitra
et Gremiali, manet donec à
subdiacono cantetur epistola
quâ peractâ, et manu ab eodem
subdiacono celebranti osculata
et illi ab ipso nihil dicente be=
nedictione impartitâ, Nuntius
Celebrans legit Epistolam, Gra=
duale et Evangelium unico
contextu dicto tamen inter
graduale, et Evangelium, mun=
da cor meum &
Lecto Evangelio ponit Incensum
in Thuribulo dicens: Ab illo be=
nedicaris & Benedictionem con=
cedit Diacono, qui debet cantare
evangelium dicens Dominus
sit in corde tuo & et statim ac
incipit Evangelium depositâ
mitrâ surgit, et stans à Cornu
Epistolae conversus ad Diaco=
num ambabus manibus tenet
tamen Pastorale, et hoc modo
manet donec terminetur
evangelium, quo terminato
illud osculatur dicens = Per
Evangelica dicta & et deinde

Presente Rege Non Nuntius
sed Rex osculatur evangelium